



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Fasti Mariani

**Brunner, Andreas
Pfeffer, Wilhelm**

Antverpiæ, 1663

S. Severinus Boetius. 23. Octobris.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41940

23. Octob. VITÆ SANCTORIUM. 663
triduum exanimis jacuerit. Triumphavit
tamen hostem è cælo recreatus, & exi-
mius dehinc ab hostilibus ejuscemodi in-
cursibus vixit, Cupidine plus jam arun-
dinum aculeos, quam apum olim fugien-
te. Ex Ferr.

Revera hæc est vera cordis requies, cùm
totum in amorem Dei per desiderium figitur,
nec quidquam aliud appetit, sed in eo, quod
tenet, felici quadam dulcedine delectatur,
delectando jucundatur. S. Aug. Manual. c. 29.

S. SEVERINUS BOETIUS.

23. Octobris.

Ipsum oculi tui Musarum ocellum
BOETIUM vident, cui vel hostis
Theodoricus rex testimonium hoc dedit,
omnes omnino scientias unum comple-
xum fuisse, ut jam Græciæ Roma nec
Ptolemaeos, Nicomachos, Euclides, aut
Archimedes, nec Pythagoras, Platones
aut Aristoteles invideret. Tot tamen
æstatum miracula unico ingenio clausa
extinxit idem Theodoricus, furiis Aria-
norum (quos stylo BOETIUS confor-
derat) agitatus. Cæterum clientem
suum in ipsum carcerem usque musæ sunt
secutæ. Nam & in hoc librum de Con-
solatione Philosophiæ, & alterum de
Trinitate ad sacerdotum Symmachum scri-
psit, virum itidem eruditum & Consu-
larem, quin in eadem causâ pie pōst

Tt 4

mor-

664 VITÆ SANCTORUM. 23. Octob.
mortuum. Et Boëtius quidem rese-
ctum caput utrâque manu memoratur
humo sustulisse , interrogantiq[ue] per
inurbanum jocum , à quo percussum se
existimaret , ferio , ab impiis , respeditis-
se ; inde progressus in templum demississe
in genua sese , ac preces inter caput arā,
animum cælo deposuisse. At Symachus
gladio & ipse cæsus suum sociique caput
abundè fertur vindicasse Siquidem cœ-
nanti Theodorico portentosi piscis caput
appositum Symmachi ajunt imaginem
induisse , hiantique ore & dente minita-
bundo ita perterrituisse , ut metu morte-
que rigens infelicem animam in ollas
(quemadmodum S. Gregorius refert)
Vulcani exspiraverit , tunc etiam multis
deflens innocentium Martyrum necem.
Sed & hodie Musæ Boëtium Symmachum
queflerent , nisi in his oculos suos ami-
fissent. Ex vitâ Boët. & Bar.

Quanta est mentis occupatio in appetitu
terrenæ gratiae ? & quantus est timor , ne
hac eadem gratia perdatur ? Perpende er-
go quæ poena sit aut prosperitatis desiderio
fatigari , aut adversitatis timore parvisci-
re ? S. Greg. l. 6. Regist.

S. MACARIUS ROMANUS CONF.
23. Octobris.

B Ellè Veneri illusit MACARIUS , cum
nuptiali in thalamo sponsam reliquit ,
& Ra-